

Thomas Lindemann


**Programma Quo Ad Exequias Viri ... Dn. Johannis Schmidt Civis huius urbis
primarii Poetae coronati eximii Solenniter pieq[ue] agendas & celebrandas
Omnium ordinum cives Academicos officiose cum voto felicis adventantis anni
invitat Rectore Academiae Rostochiensis Thomas Lindeman I. U. D. & Professor :
[Proposit 27. Decembr. Anno 1631.]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755907655>

Druck Freier  Zugang





Handwritten text on a faded label on the spine, including the word "PHYSICA" and other illegible characters.

KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhafftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.

Steht bei Rara -

KL-241. (4.) <SON>

bestrahlt 2000

16
PROGRAMMA

Quo

Ad Exequias

Viri praestantissimi & Doctissimi

DN. JOHANNIS
SCHMIDT

Civis hujus urbis primarij Poëtae co-
ronati eximij

Solemniter pieq; agendas & celebrandas

Omnium ordinum cives Academicos
officiosè cum voto felicitatis adventantis
anni invitat

R E C T O R E

Academiae Rostochiensis

THOMAS LINDEMAN

J. U. D. & Professor.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO M, DC. XXXI.

RECTOR
Academiae Rostochiensis
THOMA LINDEMANNO
J. U. D. & P. P.

Sævolam gravitet Sul-
pitium objurgasse, quod pa-
tritus Romanus jus civile
in quo versabatur, ignora-
ret, Pomponius in Enchi-
ridio suo refert, Graviorem
certè increpationem mere-
mur fermè omnes, qui in anno vivimus annis
ætatem nostram metimur, quid sit annus vix
leviter indagamus, frigidè satis consideramus,
Quamvis enim annorum istam subtilem di-
stinctionem, qua annos alios in Metonicos, Ca-
lippicos, Nabonassareos Armenicos Astronomi
& Philosophi dispescunt, scrupulosior inquisi-
tio homini politico necessaria haud sit, tamen
cum vitam & mortem Monarchiarum, ortus
obitus, imò & salvificæ incarnationis & pas-
sionis, verum tempus adeoq; salutis nostræ cer-
titudinem annis æstimemus, eorum revolutionem
& operationem penitus nescire piaculum
est. Alia certè & quidem rector ipsi Gentili-

A 2

bus

bus stetit sententia Ægyptij enim anni revolutionem hieroglyphicâ imagine incurvati Draconis caudam ore tenentis denotarunt, eaq; fabulæ mundanæ, luctus & lætitiæ renovationem & continuationem significarunt. Unde annum nonnulli ab An & Eo, ali *ἀπο τοῦ ἀναεῖδου*, quasi subinde renovatus; & ab Hebræis *תאנ* ab iteratione dictum volunt. Quo respiciens Romani ille Numa Pompilius, primum anni mensem Jano assignavit, quem bifrontem Poetæ fingunt, sub ejusq; figmento hominibus memoriam, mirabilē anni exacti fortunam, varias persecutiones & liberationes, & adventantis anni fata incerta attamen nostris commodis divinitus destinata, refricare, & inculcare, adeoq; voluptæ & Angeronæ conjunctarum sororum societatem perpetuam, & continuo quasi gyro recurrentū repræsentare voluerunt. Constituerunt enim ubi pro superatis adversitatibus *σάθηα* Dijs solvenda, ita libamentis & sacrificijs eisdem ad futuri anni prosperitatem conciliandâ placandos, strenis mutuis faustisq; acclamationibus & votis amicos ac Cives excipientes. Nos si præteriti anni pericula uno oculo contemplemur, ad votiva & Eucharistica sacra multis modis invitamur, in limine


mine mortis quasi constituti divinâ aurâ affla-
ti reviviximus, miraculose omnia hæcenus e-
git & perfecit Jehova Exercituum Dux, quippe
perinde Domino est potenti dextera vel extra-
ordinariâ ope suos liberare. Herodotus de
Senacheribo refert, quod cum is Arabum Af-
syriorumq; copijs stipatus, toti mundo impri-
misq; Ægyptijs terrori magno esset illisq; Pa-
nelotriam minitaretur; Setho Vulcani sacer-
dos precibus ad Deum fufis, effusam copiam
murium agrestium concitarit, qui divina vir-
tute pharetris scutis, arcubus âbesis, hostes iner-
mes in fugam cõjecerunt; in cuj9 rei memoriã
statuã manu murẽ tenens cum hac inscriptione
erecto est *ὁς ἐμὲ πρὸς ἀπέωι ὁσεβῆς ἔσω* ergo. Eadem præ-
potens dextera eundem Regem Hierosolymam
prementem, Angeli ministerio sine externis
militum copijs prostravit. Heliodorum & An-
tiochum templo Domini prophanationem mâ-
chinantes; solo nutu suæ potentix contudit &
confregit: Quin & pediculis locustis similibuf-
que organis vilibus, hostium conatus impedijt.
Misericordia itaq; Jehovæ sola est quod non cõ-
sumpti sumus; quã si quis non agnoscat. Sed suis
viribus vel Prudentiã vel catraphractis Ægy-
ptiacis militibus & curribus liberationẽ tribuat

is non acceptum Deo sacrificium offert; sed i-
ram ejusdem ingratitude vindicem adversus
se concitat. Ego quidem pro beneficijs hacte-
nus Illustrissimis Principibus Provinciæ, Rei-
publ. & Academia præstitis redhostrimēta de-
bita meditabar, novi anni cum nato Ema-
nuele inchoati felicissimum auspiciū omni-
bus & singulis destinabam, nunc ad nānias ab-
ripiōr. Qualibet anni parte quolibet ho-
ræ momento homines nasci & denasci, Expe-
rientia loquitur & exemplū nobis non vulgare
aut proletarium hodierni diei fung oculis obi-
jcit quo viro Clarissimo Præstantissimo *Johan-
ni Schmiden* Civi & Patriotæ hujus urbis pri-
mario exequias agimus. Natus fuit piē defun-
ctus Anno 1578. Patre Viro in hac Republica
honoratissimo *Hinrico Schilde* Cive hujus ur-
bis conspicuo matre matrona castissima *Metta
Mejers*, qui Parentes filium hunc suum pro
indole in eodem à primis unguiculis elucescen-
te in vera religione & pietate erudiri, & infor-
mari in hac Patria Schola & Academia curarunt.
Vnde exiguo tempore tam felices in bonis arti-
bus & linguis progressus fecit, ut Anno 1596.
faustissimis auspicijs in Academiam Witten-
bergensem velut uberiores studiorum merca-
tum


tum ablegaretur, in qua cum aliquandiu substi-
tisset, ad aucto scientiæ politioris thesauro ul-
teriori ejusdem desiderio flagrans JENAM con-
cessit. Inclinauit verù in primis natura ad pœ-
fin, ejusq; occulto, quasi spiritu incalescendo
carmina extemplo Maronis & Nasonis genium
redolentia fudit. Undè Poeta & Jconsultus in-
signis *Nicolaus Reusnerus* professor Academiae
quondam senensis celeberrimus hujus *μαργαρίτα*
nostri divinum cum in carminibus pangendis
tum in Philosophicis & Juridicis studijs exco-
lendis singulare acumen dignoscens eundem
Laurea Poetica quæ summæ dignitatis decus &
πικρῆρον erat, coronavit. Reversus ad suos non
sublime vivendi genus ambijt, sed privatam vi-
tam elegit, quam tamen ita egit, ut publico Rei-
publ. munere, non minus ac Romanus ille Fa-
britius, vel Cincinnatus, dignus reputaretur.
Annos viriles affecutus Virginem honestissi-
mam *Annam Schlorffs* Filiam civis quondam
Spectatissimi *Rudolphi Schlorffs* sibi associavit,
cum quâ conjugio pacato quidem & tranquillo
attamen sterili totos 28. vixit annos. Hanc thori
suavissimam consortem *JEHOVA* ante trimestre
ex hoc miseriarum gurgustio evocavit, cujus
conjunctionē & reduntionem defūcty ab eo tē-
pore summo desiderio vovit, Quod ipsa natu-
ra

ra


ra praesentiscens, desiderium hocce juvat. Primo enim Cacochimia totum invasit corpus, quae sensim scorbutum hisce in locis Endemium sed multis lethalem peperit, qui quotannis vires assumendo Istericum flavum attraxit, tandemque cum nutrimento suo debito totum corpus privatum esset, viresq; collabascerent, instar candelae sevo deficiente extinctus est. Nullis parcitum medicamentis, ipsa quoq; Orphei & Lini lyra, homines juxta ac bruta imo & mortuos resuscitare valens, ad vitam divini Poetae salvandam nil conferre potuit. Licet autem corp9 ab animâ, divinâ providentiâ, sequestratum sit, anima tamen perpetuâ virtutis gloriâ decâtabitur. Nihil itaq; occurrit, quod miseriam mundanam piè meditati, hujus vitae prorogandae pro lubium cõcitare possit: pro gelu aurâ jucundâ, pro metu libertate, pro dolore gaudio defunct9 potitur. Nos pia animulae exsuvijis gratiâ desideratam, quamq; nobis aliquando redhostiri vovemus, alacri juxta ac Christianâ mente praestamus. Exequias itaq; mecum, Cives Acad. alacritè agite, horâ i. pomeridiana in Templo D. Nicol. sacro, frequentes confluite, principes nostros & benignissimos patronos: item cives cum Acad. tum urbis hujus Jovæ precibus & gemitibus ardentibus commendate. Proposit 27. Decembr. Anno 1631.







the scale towards document



Quidem diversæ passim Philosophiæ
circumferuntur descriptiones, quas
singulas, & recensere, longum; & ad
rationis, in præsentiarum, libellam re-
vocare, tædiosum foret. Antiquissi-
mam ego primâ facio: tanquã à Philo-
sophorū, quos habemus, Primate la-
tã, omniumque, rectè philosophanti-
um, calculò, hactenus approbatã Pla-
tonis ea est, digna profectò Authore,
abus tantum voculis, **MEDITATIONE**, puta,
lvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantò nos eva-
es, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne-
ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philoso-
pho, circa mortis meditationem reperiamus. Mor-
tè, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque
vitæ, quales esse in morte desideramus. Ea, animum
quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini
m notam inurere possunt. Ea est, quæ do-
m, timorem pellit, tranquillitatem inducit;
s casuum animum varietates firmat, adversus
reddit, quando omnia ab eodem impedi-
tantò paratior sit, sicubi res exiget, statim
quando est faciendum, statim exire, quo ali-
ndum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mort-
st, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm
terris animal, præter hominem, cognitione.
DE